UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Summmula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri Raymundi

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

An vinum vel panis in consecratione annihiletur

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Visual Library

nō debet ſumere ſubſtantiā coꝝ. ſed tm̄ lotionē. vt ſupra dictū eſt
☞ Quarto ē notādū. ſi ſacerdos inueniret venenū in calice tūc ibi du-
biū eēt q̄d eēt faciēdum. Ad h̄ rn̄det ſanctus Tho. ꝙ ſacerdos nullo mō
dꝫ ſumere tale venenū. ſed dꝫ fundere in vaſculū ꝛ valde caute reſeruare ꝛ
ad locū ſacꝝ reponere. ꝛ debet valde bn̄ calicē mūdare. ꝛ calice mundato
de nouo infundat vinū ꝛ ꝯſecret ꝛ poſtea aſſumat. Sꝫ tn̄ aliq̄ doctores di
cūt ꝙ ipſe ſacerdos deberet ſumere illud venenū. In oppoſitū āt ē ſanctꝰ
Tho. ꝓpter humane nature fragilitatem
☞ Quinto ē notandū. ſi ſacerdoti ex negligētia acciderit ꝙ effunderet vi
nū ꝯſecratū ꝑ duas mappas q̄d debeat facere. Rn̄detur ꝙ ipe ſacerdos ꝑ
tes mappe madefactas dꝫ ſepius lauare ſupra calicē ꝛ dꝫ illā lotionē ſu-
mere ad ſe. ꝛ illā negligētiā dꝫ ꝓ̇us ꝯfiteri. ꝛ nō celebrare niſi ꝓ̇us ſatiſfa-
ciat penitēdo. q̄ āt ſit penitētia patebit infra
☞ Sexto notandū. ad q̄d valeat miſſa ipſis homibꝫ deuote ꝛ ſine pctō
mortali ad miſſam veniētibꝫ. Rn̄det̃ ꝙ ipſis ſpealr̃ decē grē inferūt̃. Qua
rū ꝓ̇ma talis eſt. ꝙ pctā eis ibi dimittunt̃. Scd̄a. ꝙ ibi ſpirituſancto reple
bunt̃. Tercia. ꝙ ipſoꝝ oīo corā dei pietate exaudit̃. Quarta. ꝙ oīo ipſiꝰ
ſacerdotis ꝓ eis exauditur. Quinta. ꝙ ipſi in periculo mortis ſecuriores
erūt illud attēdēdo. Sexta. ꝙ purgatoriū illoꝝ hominū minorat̃. Septi-
mo. ꝙ angeli cū his hoībꝫ habitare ſolent. Octaua. ꝙ virtutes illoꝝ hoīm
augmētatur. Nona. ꝙ iſti hoīes in fide catholica roborant̃. Decima. ꝙ
magnū gaudiū corā deo eis impetrabūt
☞ Septimo notandū. lr̃a dicit (fundas) vn̄ effuſio calicis fit multꝭ mo
dis. Uno mō ſic ꝙ effundit̃ in tāta q̄ntitate ꝙ ſtillat ſuꝑ tabulā altarꝭ vel
effundit̃ in modica q̄ntitate ꝙ nō ſtillat ſuꝑ tabulā altaris. ſi ꝓ̇mo modo
tunc tabule altaris debent lingi. ꝛ poſtmodū debent radi cum cultello. et
poſt hoc cineres illius abciſionis vel abraſionis debēt in loco reliquiarū
reſeruari. Et ſic eodē modo eſt faciendū de corpore xp̄i ſi ſuꝑ terram cecide
rit. Si aūt ſtillat in modica q̄ntitate ita ꝙ nō pertrāſeat niſi ꝑ vnā map-
pam. tunc ſacerdos ſic negligēs debet penitere tres dies in pane ꝛ aqua ꝛ
debet ſe abſtinere a celebratione miſſaꝝ donec peniteat. Si aūt ꝑtranſeat
duas mappas. tunc ipſe ſacerdos debet ieiunare ꝛ penitere ſex dies in pa-
ne ꝛ aqua. ꝛ iterum ſe abſtinere a celebratione miſſarum donec ſatiſfecit
de crimine ꝑpetrato. Si autem per tres mappas. tunc ipſe ſacerdos debꝫ
ieiunare ꝛ penitere nouem dies in pane ꝛ aqua. ꝛ ſe iterum abſtinere a ce-
lebratione miſſaꝝ. Si autem ſanguis xp̄i ſtillauerit ꝑ quattuor mappas
vel ꝑ plures. ita ꝙ attingit tabulam altaris. tunc ipſe ſacerdos debet ieiu-
nare in pane ꝛ aqua triginta dies. ꝛ ſe iterum abſtinere a celebratōe miſſa
rum donec peniteat. Si autem ſanguis xp̄i ceciderit ſuꝑ terram. tunc ipe
ſacerdos debet ieiunare in pane ꝛ aqua quadraginta diebꝫ. ꝛ ſe abſtinere a
diuino officio miſſe donec peniteat. Si autē corpus dn̄i noſtri ieſu chriſti
caderet ſuꝑ terram. tunc iterum ipe ſacerdos debet penitere ꝑ quadragin
ta dies ꝛ ieiunare in pane ꝛ aqua ꝛ abſtinere ſe ab officio miſſe donec peni
teat. Et h̄ eſt de intētione Innocētij.
☞ Item notandum. dubitaret quis. vtꝝ in trāſmutatōe vini in ſangui
nem vinū totaliter annihilet̃. ſilr̃ in tranſmutatione panis in carnem. Ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoc reſpondetur.ꝙ licet vinū deſinit eſſe.nō tamē ānihilatur in trāſmuta
tione totalr̄.qꝛ in tali trāſmutatōe terminus trāſmutatōis ē ens.qꝛ corp⁹
et ſanguis xpi.ſed in naturali trāſmutatione ſiue ānihilatione terminus
trāſmutationis eſt ſimpliciter nō ens. ¶ Sꝫ diceres.oīe quod deſinit eē
hoc annihilat̄.ſed vinū deſinit eē. ergo ⁊c. Reſpondet̄ ꝙ aliquid deſinere
eſſe intelligitur duplr̄. vel in ſe vel in ordine ad aliud . modo dicitur ꝙ in
annihilatione ſiue trāſmutatione in ſe bn̄ veꝝ eſt. ſed in trāſmutatōe vini
in ſanguinē vinū deſinit eē in ordine ad aliud.qꝛ in ordine ad corpus xpi.
Et probatur hoc in ſimili.ponatur ꝙ deus faciat hāc diſpoſitionēꝫ cum
humana natura.ꝙ q̄cito homo moriatur incipiat creari angelus.⁊ tunc
hominis deſtructio eſt angeli creatio.⁊ ſic tunc illa deſtructio non eſt ꝓprie
annihilatio.quia eſt in creaturam.eo ꝙ ſuccedit homini . ⁊ ſic etiam fit in
trāſmutatione vini ⁊ panis

☞ Ultimo notandū de caſib⁹.Primus eſt iſte.an angelus poſſit moue
re corpus dn̄i noſtri ieſu xpi localiter. Et videtur ꝙ ſic.qꝛ quicquid poteſt
virtus inferioꝛ hoc multo magis p̄t virtus ſuperioꝛ.ſed virt⁹ inferioꝛ po-
teſt mouere corpus xpi localiter.ſ.homo.ḡ multo magis p̄t virt⁹ ſuperioꝛ
ſcꝫ angel⁹. ¶ Sed in oppoſitū arguit̄.quicq̄d nō habet ꝟtutē ꝯficiēdi cor-
pus xpi h̄ non p̄t mouere corpus xpi.ſed angelus eſt hmōi.igit̄ nō poteſt
mouere corpus xpi. Maioꝛ eſt nota.ſꝫ minoꝛ probat̄. qꝛ āgelus nō p̄t cō
ficere corpus xpi.vt ſupra dictū eſt.ergo necꝫ p̄t mouere localiter. Intelli-
ge ꝙ non mouet motu ꝯfectionis ſiue ꝯſecrationis.tamen poteſt mouere
aliter ſicut ⁊ reliqua corpora.ſicut mouet celum ⁊ ꝯtenta in ipſo . que ta-
mē nō creauit. Ad rōem ꝯceditur maioꝛ ⁊ negatur minoꝛ.ſ. ꝙ hō mouet
corpus xpi.ſed bene mouet ſpēm panis ⁊ nō corpus xpi.cum ipſe deus ſit
immobilis.vt pꝫ.viij.phyſicoꝝ. Et ex illo tunc pꝫ.ꝙ non verum eſt dice-
re ꝙ ipſe homo eleuat corpus dn̄i noſtri ieſu chriſti.ſed eleuat ſpeciem ſub
qua ꝯprehenditur verum corpus chriſti. ¶ Secūdus caſus ē iſte.an aīa
chriſti poſſet mouere corpus chriſti. Ad hoc breuiter reſpondetur ꝙ non.
quia anima xpi eſt ens naturale.corpus autem xpi eſt ſupnaturale.modo
ens naturale nō poteſt mouere ens ſupnaturale. Q; āt naturale non po-
teſt mouere ſupnaturale pꝫ ex dictis ph̄i in varijs ph̄ie paſſibus ꝙ inter
agens ⁊ patiens debet eſſe proportio.que inter iſta nō reperitur. ¶ Terci-
us caſus eſt iſte.ſi vna hoſtia eſſet tecta ſub mappa ⁊ ſacerdos deſuper cō-
ſecrat duas vel tres.tūc dubitatur vtrum illa hoſtia tecta ſub mappa etiā
eēt conſecrata. Ad hoc reſpondetur ꝙ nō.quia ꝯſecratio nō habet effectū
niſi ad intentionē ꝯſecrātis.ſed ad illam hoſtiā ibi tectam ſub mappa cō
ſecrans non habuit intētionem.ideo nec ꝯſecratur . Et ideo quādo greci
conſecrāt tunc accipiunt panē quē cauant ſeu ꝑforant in medio. ⁊ quicq̄d
in circulo ꝯtinetur hoc reputant pro corpe xpi. ⁊ hoc dant populo tanq̄
panes benedictos. ⁊ ſi aliq̄d extra circulū inueniretur.tunc illud coraꝫ eis
nō eſt panis bn̄dictus. ¶ Quartus caſus.vtrum ſacerdos poteſt ꝯſecra
re vnam guttam vel duas in calice ⁊ alias non. Similiter an poſſet con-
ſecrare vnam partem hoſtie et aliam non . Ibi eſt magna dubitatio ſiue
difficultas ratione conſluxibilitatis vini et ratione compactionis panis
Dicitur tamen in veritate.ſi ſacerdos intendat conſecrare ſolum vnam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN